

Theologum D. Laurentium Dürnhoferum.  
 Utinam propediem lætum de nuptiis tuis  
 nuncium accipiam, ut vestris votis mea ad-  
 jungam. De Statu Academiæ vestræ cupio  
 aliquid certi cognoscere. Bene in æternum  
 vale Vir clarissime, Basileæ 6. Decemb. 1582.

*T. vere ex animo*

J. Grynæus.

## EPISTOLA XVIII.

**S** Nobilis & clarissime Vir, Lætor hoc in  
 amicitia nostra fatale esse mihi, ut dum  
 tu officium a me requiris, beneficium auspi-  
 catissimum præstes. Petis, ut Joan. Andreæ  
 Geudero, tuo propinquo domi meæ locum  
 dem. En habet locum tuum, usibus jam  
 mancipatum tuis: Dabo autem operam ut  
 & in Logicis, & in Styli exercitiis, me habeat  
 ἐργαδιώκτην domesticum: & discat ad usum  
 transferre necessaria τρέψα παιδείας præ-  
 cepta. Beneficii autem loco mihi est, quod  
 tam amanter & honorifice de me loqueris &  
 apud Nobilem & magnificum D. Geuderum,  
 & apud alios. Etiam Sturmius amanter  
 Adolescentem mihi per literas commenda-  
 vit: & se Disputationem meam de Proble-

D 4

mate: